



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorum Per Germaniam, Belgivm,  
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasque Orbis Christiani  
Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Paffenmünsteriense Collegium Germanicè Pfaffenmünster, nunc in opido  
Straubing, apud Bauaros.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

## SANCTAE MARIAE COLLEGIVM

*in Monachio Bauariae vrbe.*

**C**ollegium istud Canonicoꝝ, an. 1495. instituit *Albertus* Bauariae Dux, ac dotauit annuis censibus monasteriorum nunc extinctorum Schlirensis & Ilmunsteriensis, Romano Pontifice adprobante. Vide Originēs nostros Augustinianos cap. 18.

**P**AFFENMVNSTERIENSE COLLEGIUM *Germanicè Pfaffenmunster, nunc in opido Straubinga, apud Bauaros.*

**C**ollegiata ista Ecclesia Canonicoꝝ, supra Straubingam fundata est, cum septem monasterijs per Vtilonem Ducē Bauariae, instinctu S. Pirminij, Metensis Episcopi, qui eam dedicauit in honorem Sancti Tiburtij. Otto Argentinensis Episcopus monachos Sancti Benedicti illic constituit, circa annum Domini 742. Henricus Dux Bauariae Canonicos in Meten habitantes transtulit ad hanc Ecclesiam Monasteriesem; & monachos e contra collocauit in Meten, circa ann. 1156. Hæc Ecclesia aliquoties igne consumpta, desolata, & paulatim rursus erecta legitur. Testantur hoc vestigia murorum. *Vilhelmus* piissimus ac Catholicissimus Bauariae Dux pro zelo, cum consensu Summi Pontificis, & ordinarij Ratisbonensis Episc. transtulit collegium

gium istud Straubingam, & cum parochiali Ecclesia ibi vniuit, iisdem ferè statutis, regulis ac priuilegijs, quibus collegiata Monachij floret Ecclesia anno 1581.

Sic ferè Hundius in Metropoli Salisburgensi.

## CAPVT CXXII.

DE ABBATIBVS SECVLARIBVS  
*quorundam Collegiorum Canonicalium.*

Sunt quædam Canonicorū collegia quorum Rectores sex præfecti vocantur, & sunt Abbates sæculares. Sic in Ecclesia collegiata *S. Petri du dorat*, in inferiori Pictonum Marchia, in Ecclesia *S. Martini* Turonensis; *S. Hilarij* Pictauiensis, *S. Maria* Pictauiensis, *Sanctæ Maria* Corboniensis, in d. Parisiensi, & alijs Ecclesijs Abbates primam obtinent inter Canonicos dignitatem secularium. Sic Ostiensis memorat Abbatem secularem Sancti Felicis Valentini idemque Claromontane Aruernorum Basilicæ: & addit multos eius generis Abbates in Hispania reperiri.

Sunt item multorum collegiorum Priores seculares: de quibus vide Chopinum lib. 1. de sacra Politia titulo primo.

In diœcesi olim Leodiensi ante multiplicatos in Belgio Episcopatus, duodecim illius generis Abbates sæculares numerabantur, videlicet.

*S. Mariæ & S. Lamberti, Leodiensis.*

O 2

*S. Mariæ*